ſubdita· Sunt autem tres ſpecies carnium in corpore· ſcilicet caro glandulosa que eſt in mām̄illis· numeroſa que eſt in muſculis· caro viſcoſa et carthilaginoſa que eſt in iuncturis· Nota de ſe caro eſt pars corporis valde mollis· & ideo impaciēs eſt operis & laboris· Vn̄ illa animalia que habent pedes carnoſos non poſſunt diu laborare vel peditare· Sicut patet de homine & camelo quorum pedes carnoſi ſunt· & ideo indigēt corio vel calciamento· Sic illi qui nimis ſunt carnoſi.i· carnales & delicioſi non poſſunt labores & tribulationes ſuſtinere· Math· xxvi· Caro autem infirma· Et ſicut caro prebet hominibus nutrimentum· Sic vero ſanguis & caro chriſti in ſacramento eſt anime optimum nutrimentū· Johis· vi· Caro mea vere eſt cibus ꝛc· Et ideo homīes ſpirituales qui ita ſpiritu & moribus facti ſunt ſm dei ymaginem,i· virtuoſi ſolent tales cibos corporis & ſanguinis chriſti comedere & inde ſpiritualiter ſe nutrire· Vnde ibidem dicitur· Qui manducat hunc panē viuiet in eternum· Hec enī vita eſt finis hoīs· vt inquit Magiſter in· ij· di· i· Quia ideo fecit deus rationalem creaturam ad ymaginem et ſimilitudinem ſuam vt ſummū bonum intelligeret· intelligendo amaret· amando poſſideret· vt dicitur ibidem· et poſſidēdo eternaliter frueretur· Quod nobis preſtare dignetur ſol⁹ ipſe ſuum⁹ creator qui viuit et regīt in ſcl'a ſcloꝝ amē·

Finiti ſunt ſermones per aduentum de formatiōe moralis hominis· ſingula hominis corporalis in eiſdem deſcripta mēbra· e quibus ſpiritualis ſiue moralis merito confici poſſit ipſe homo· Et ſicut in carne chriſtus· ita et homo in ſpiritu efficiāt incarnari· Quare iuſte hic appellatur tractat⁹ incarnationis moralis ad dei ymaginē· Qui quidem per Fridericum Creuſner Nurm̄berge eſt ſtilo diligenti impreſſus· Anno domini· Milleſimoquadringenteſimoſeptuageſimonono·

Laus deo clementiſſimo·

Summaria declaracio Bulle Indulgenciarum ſacratiſſimarum pro tuicione fidei cōtra ſpurciſſimos et Rabidos Turchos conceſſarum·

XV. F. 1059,3

Summaria declaratio Bulle Indulgenciarum ſacratiſſimarum pro tuicione fidei cõtra ſpurciſſimos et Rabidos Turchos conceſſarum.

¶ Primo notandum eſt ꝙ quatuor gratie principaliter conceduntur per dictas bul
las xp̄ifidelibus manus adiutrices ſcḋm tenorem dictarum bullarum apoſtolica
rum porrigentibus. vel ſi pauperes ſint ad deuȝ et ſanctos pro pſperitate ſummi põ
tificis et ſacroſancte romane eccleſie. et pro tuitione fidei preces fundentibus.
¶ Prima eſt gratia Jubilei.
¶ Secunda eſt gratia confeſſionalis cum pleniſſima facultate maiori q̄ꝫ ſoleat dari
in vrbe vt patet per bullam.
¶ Tercia eſt pleniſſima remiſſio pro animabus defunctorum in purgatorio exiſten
tibus pro quibus fuerint porrecte manus adiutrices ab amicis viuentibus.
¶ Quarta eſt participatio omnium ſuffragiorum eccleſie vniuerſalis ꝓ viuis et de
functis nunc et imperpetuũ adeo ꝙ ꝑticipatio iſta etiã durat poſt hanc vitam.

¶ Inſuper eſt ſumme conſiderandum ꝙ ſub prima facultate que eſt facultas Jubi
lei comprehenduntur ſubſequentes facultates ¶ Primo facultas abſoluendi a qui=
buſcunqꝫ ſententijs excõmunicationis a iure vel ab homīe. etiã ad inſtantiam partis
anathematizacõnis ſuſpenſionis et interdicti. et hoc in foro conſcientie ſeu interiori
Necnon ab omnibus et ſingulis exceſſibus et peccatis quantũcunqꝫ grauibus et enor
mibus etiam ſancte ſedi apoſtolice et etiam Sanctiſſimo domīo noſtro in genere vel
in ſpecie reſeruatis ¶ Secundo cõprehenditur facultas cõmutandi quecunqꝫ vota
etiam excipi ſolita. et iuramenta quecũqꝫ relaxandi Jeiunia cuncta ſi voto vel alias
ad illa obligati exiſtant remittendi ¶ Tercio comprehenditur facultas diſpenſandi
ſuper quacunqꝫ irregularitate et ſimonia quauis occaſione contracta. et reſtituendi
ad priſtinũ ſtatũ et tollendi omnē infamiã. ac ſi dictam irregularitatem infamiaȝ vel
ſimoniam minime contraxiſſent ¶ Quarto comprehenditur facultas admittendi
reſignationes beneficiorum per ſimoniam obtentorum et de nouo eiſdem ſimonia=
cis conferendi dicta benefitia. et de fructibus male perceptis componendi vel remit=
tendi ¶ Quinto comprehenditur facultas componendi et quitandi de rebus male
ablatis per rapinam ſeu per vſurariaȝ prauitatē aut alias dum tamē neſciatur cui de
beat fieri reſtitutio prout hec et alia in Textu bulle plenius continentur ¶ Sexto cõ
prehenditur facultas cum perſonis que propter adulterium commiſſum aut alias de
bitum coniugale petendi amiſerunt vt illud petere poſſint diſpenſandi.

Sequitur Textus bulle.

Innocencius Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei.

Ad futuram rei memoriam Domini et ſaluatoris noſtri ihesu criſti qui pro redempti
one humani generis a miſerabili ſathane ſeruitute et eterne mortis damnatione ſe in
precium immolare non abnuit. vt nos ſui regni celeſtis efficeret poſſeſſores. vices li=
cet immeriti gerentes in terris. circa illius gregis. ſua nobis diſpoſitione commiſſi
excubias. ne emulorum crucis xp̄i feritas et improba dominandi libido illum abſor=

beat. vigilis more paſtoris cum omni ſolercia vacare nos conuenit. et quibus poſſu
mus medijs ad protectionem et defenſionem vere fidei cunctorum fideliũ mentes nõ
ſolum inducere. verum etiam ꝓ inſtantis temporis neceſſitate. quo ſeuiſſima. Tur-
corum immanitas tantas infert continue reipublice xpiane ſtrages damna pariter et
iacturas. vt illorum rabies refrenetur. repetitis Nuncijs et litteris excitare. et ſpiri-
tualibus muneribus Indulgentijs videlicet et remiſſionibus inuitare ne ſanctũ de-
canibus. et xpiane fidei dignitas ad extremam peccatis id facientibus deueniat ser-
uitutem. Cum itaqꝫ (ſicut toti orbi notum eſſe non dubitamus) perfidiſſimi thur-
ci catholice fidei immaniſſimi hoſtes populis xpianis ac dei cultoribus plures cruen
tiſſimas et pene innumerabiles ſtrages iacturas et damna ſuperioribus tꝑibus intu-
lerunt. et indies quaſi nondum eorum rabies in ſanguine xpiano ſatis debachata fu-
erit. deteriora mala inferre tam terra ꝗ̃ mari non ceſſent. Et niſi breui prouideat̃ ſit
veriſimiliter dubitandum ne maximã xpiane reipublice partem eius que nobis ſuper
eſt ſue ſpurciſſime ſecte ſubiciant Nam tirãnus ipſorum Turchorũ auro et homini-
bus abundans. et dominãdi mira cupiditate inflãmatus. ac victorijs hactenus ha
bitis elatus. nunꝗ̃ deſiſtet aut arma deponet niſi cum victus erit. aut victor exiſ-
tens deleto euangelio (quod deꝯ auertat) Maumetheã sectã vbiqꝫ gentiũ inſeruerit
Et propterea cum inter alia que nobis circa oportunam prouiſionẽ ſuper hoc faciẽ-
dam incumbere putamus illud in primis exiſtat vt pro poſſe ꝓuideamus: ꝙ cũ Ro
mañ eccleſie non ſuppetant facultates ad tantam rei molem perferendam niſi aliun-
de auxilia nobis preſtentur. per ſpiritualis eiuſdẽ eccleſie theſauri qui nunꝗ̃ exhauri
ri poteſt. diſpenſationẽ temporalia ſuffragia a xpifidelibus plurimũ neceſſaria exqui-
ramus Ideoqꝫ cum omnino intendamus fauente altiſſimo magnam contra ipſos ꝑ
fidos Turchos parare expeditionẽ. et amplius ſuos impetus non expectare. hac cõ-
ſideratione ducti: vt fideles ipi pro quorum ſalute ſaluator noſter ihesus xpus in ara
crucis vt prediximus. immolari non abnuit. eo prompcius ad premiſſa manus por
rigant adiutrices. quo exinde non ſolum eorum corꝑali periculo in quo vniuerſi xpi-
ani conſtituti ſunt ocurrere ac iniurias xpo noſtro et eis qui xpiani ſunt illatas (vt
iuxta diuine et hũane legis mandata tenentur) vlciſci. ſed ampliſſima pro animarũ
ſuarũ ſalute cõmoda ſe cognouerint adipiſci. De omnipotẽtis dei miſericordia ac be
atorum Petri ⁊ Pauli apoſtoloꝝ eius auctoritate confiſi vniuerſis xpifidelibus vtri-
uſqꝫ ſexus in vniuerſis Germanie et Gallie partibꝰ ac Dacie Suetie Norwegie Ly
uonie Pruſcie et Ruſcie regnis ac inſulis et ꝓuincijs et alijs dominijs terris atꝫ locis
illis adiacentibus cõſiſtentibus. penitentibꝰ ⁊ confeſſis qui eccleſias pia loca ſiue al-
taria ꝑ dilectum filiũ magiſtrũ Raymundũ peyraudi archidiaconũ Alniſieñ. in eccle
ſia xanctoneñ. Notariũ et Referẽdariũ domeſticũ quem ad hoc noſtrũ et apoſtolice
ſedis Nũcium Cõmiſſariũ ⁊ oratorẽ. de cuiꝰ probitate fide et integritate gerimus in
domino fiduciã ſpecialẽ deſtinamꝰ / vel deputãdos ab eo ſeu ab ipſis deputatis ſub
delegandos vbilibet ordinanda et deputanda. A primis veſpis vſqꝫ ad ſcḋas veſperas
feſtiuitatum ſiue dierũ ꝑ eos etiã ordinãdoꝝ vel ad tempus de quo videbit̃ eis deuo-
te viſitauerint. ac ad hm̃oi pium opus defenſionis fidei iuxta dictorũ Archidiaconi
Cõmiſſarioꝝ vel ſubdelegãdoꝝ ordinationẽ manus porrexerint adiutrices. et ſi ꝑſo-
naliter viſitare non poterũt aliquo impedimẽto detenti iuxta ordinationẽ predictaꝫ
de bonis ſuis miſerint omẽs ⁊ ſingulas pleniſſimas peccatorũ remiſſiones ⁊ indulgẽ
tias. a ſancte memorie predeceſſoribus noſtris ꝓficiſcẽtibꝰ ad recuꝑationẽ terre ſan-
cte et Turchoꝝ eorũdem expugnationem. et Anno Jubilei viſitantibus ſeptẽ baſili

cas et eccleſias alme vrbis et extra eam ad id deputatas concedi ſolitas ad inſtar Ju
bilei. ipſumqꝫ Jubileum auctoritate apoſtolica et ex noſtra ſcientia tenore preſentiũ
de apoſtolice poteſtatis plenitudine concedimus et elargimur.

¶ Ergo patet per textũ predictũ dicte bulle ꝙ porrigẽtes manus adiutrices pro tui-
tione fidei diebus ſeu temporibus et in locis deputatis ſeu deputandis per Commiſ
ſarios ſeu ſubdelegatos. ſeu qui dicta loca deputãda per Commiſſarios minime vi-
ſitare non poterint mittentes tales et tantas obtinent indulgentias gratias et facul
tates quales et quantas Romani pontifices proficiſcẽtibus ad recuperationem ter-
re ſancte ac Turchorum eorundem expugnationem. Necnon anno Jubilei viſitan
tibus baſilicas vrbis ad id deputatas concedi ſolitas ad inſtar Jubilei. et ipſum Ju
bileum concedunt et elargiuntur. Videant predicatores quomodo ſex laude digna
conferebantur tempore Jubilei Leuitici. xxv. capitulo per totum.

Sequitur Textus ꝑ quem dicti Cõmiſſarij et ſubdelegati
habent facultatem eligendi confeſſores auctoritate apoſto
lica. quibus confeſſoribus dantur inaudite facultates.

¶ Et vt chriſtifideles vtriuſqꝫ ſexus et cuiuſcũqꝫ ſtatꝰ ad dictas eccleſias confluẽtes
conſcientie pacem et animarum ſalutem preſenteſqꝫ indulgentias ad inſtar Jubilei
deo propicio valeant promereri. purgatiſqꝫ eorum cordibus ad illas ſuſcipiendas cõ
ſtituantur aptiores ſpiritu gratie ſalutaris. prefatis Archidiacono Commiſſarijs et
ſubdelegandis tot confeſſores idoneos ſeculares. et ordinum quorumcũqꝫ regulares
in dictis eccleſijs et locis alijs de quibus eis videbitur deputandi. Qui quidem con
feſſores et ipſi Archidiaconus Commiſſarij et ſubdelegandi quorumcunqꝫ dictas ec
cleſias viſitantium confeſſiones audire. etiam per tot dies quot eis videbitur. ⁊ con
feſſionibus eorum diligenter auditis. eos omnes et ſingulos ab vniuerſis et ſingulis
excommunicationis a iure vel ab homine. etiam ad inſtantiam partis anathemati-
zationis ſuſpenſionis ⁊ interdicti. aliiſqꝫ eccleſiaſticis ſententijs cẽſuris et penis qui-
buſcunqꝫ canonicis vndecunqꝫ et qualitercunqꝫ contractis. Necnon ab omnibus et
ſingulis criminibus exceſſibus et peccatis quantumcunqꝫ grauibus et enormibus.
Etiam ſedi predicte in genere vel ſpecie reſeruatis. ac ſi de omnibus mentio fieret ex-
preſſa ſpecialis et ſpecifica. que nobis et ſucceſſoribus noſtris Romanis pontifici-
bus canonice intrantibus deberent exprimi et declarari ante eorum abſolutionem.
etiam ſi eorum abſolutio per quaſuis regulas aut conſtitutiones noſtras. vel eorun-
dem predeceſſorum noſtrorum Romanorum pontificum ſeu eorũ aliquem aut que-
uis alia ſcripta adeo ſedi predicte reſeruata forent ꝙ in generali conceſſione minime
comprehendi valerent Quibus omnibus et ſingulis quo ad hoc derogatum eſſe vo-
lumus et expreſſe ac ex certa ſcientia derogamus per preſentes abſoluere et eis penitẽ
ciam ſalutarem iniungere Omnemqꝫ inhabilitatis et infamie maculam ſiue notam
periurio aut alias quocunqꝫ modo contractam abolere. ac ad priſtinos ſtatum hono
res priuilegia gradus et dignitates. ac ſi huiuſmodi maculam ſiue notaꝫ minime cõ-
traxiſſent / reducere / reſtituere / reponere / et plenarie reintegrare Juramenta que
cunqꝫ relaxare Jeiunia cuncta ſi voto vel alias ad illa obligati exiſtant remittere. ac il
la et alia vota quecũqꝫ etiam excipi ſolita per eos emiſſa in premiſſũ opus cõmutare.
ac eccleſiaſticas perſonas que diuinum cultum prout tenebantur audire et obſeruare

ac horas canonicas dicere et recitare omiſiſſent / ab huiuſmodi omiſſione abſoluere valeant Et cum perſonis que ius ꝓpter adulterium cõmiſſum aut alias debitũ coniugale petendi amiſiſſent / vt illud petere poſſent Ac ſuper quacunqꝫ irregularitate quauis occaſione contracta / necnon cum ſimoniace vel alias non rite ⁊ canonice ꝓmotis vel ordinatis ſcienter vel ignoranter. etiaꝫ ſi mediatores huiuſmodi forent vt ad omnes etiam ſacros et preſbiteratus ordines promoueri. ⁊ in illis etiã in altaris miniſterio licite miniſtrare poſſint diſpenſandi. et eos habilitandi ad dignitates canonicatus et prebendas. ac quecunqꝫ alia beneficia eccleſiaſtica cum cura et ſine cura ſecularia et regularia eis conferenda ſi alias illorum capaces forent vt ea recipere et retinere valeant. ac conferendi eiſdem ſimoniacis de nouo poſtq̃ꝫ ea in eoruꝫ manibus dimiſerint dicta benefitia ſic per ſimoniaꝫ habita et obtenta. et eos reſtituendi in dictis beneficijs vel etiam officijs. ac de fructibus male perceptis. necnon ſuper omnibus per vſurariam prauitatem aut rapinam vel ſpoliationem queſitis et male ablatis incertis vel etiam certis ſi ſine magna difficultate ſciri non poſſent perſone quibꝰ reſtitutio fieri deberet de iure. et que ad aliquorum manus perueniſſent et illa habentes / quibus reſtitui debeant ignorent vel dubitent. quãq̃ꝫ male ablata per illos non exiſtant. ſed alias ad eos illa peruenerint bonis Ac ſuper debitis incertis perſonis componendi. ⁊ vt illa habentes ſoluta aliqua quantitate de qua eis videbitur quoruꝫ ſuper hoc conſcientias oneramus. pro hac fidei defenſione a reliquorum male ablatoꝝ et extortorũ ſeu que ad eos alias ꝑuenerint vel debeant vt prefertur reſtitutione plene abſoluti exiſtant plenam liberam et omnimodam concedimus facultatem.

¶ Prima ergo facultas conceſſa confeſſoribus per Cõmiſſarios ſeu ſubcõmiſſarios deputandis eſt generalis quo ad omnes confeſſores que conuenit omnibus ſcilicꝫ facultas abſoluendi.

¶ Primo a quibuſcũqꝫ caſibus et criminibus dioceſanorũ ⁊ a quibuſcũqꝫ ſententijs interdicti ſuſpeñ et excõicationis etiam a iure vel ab homine latis.

¶ Secũdo a caſibus ſedi apoſtolice in genere vel in ſpecie reſeruatis. qui dicunť caſus penitentiarioꝝ vrbis. ſub qua clauſula nõ veniũt caſus papales imo in die cene papa excõmunicat oẽs illos qui virtute talis clauſule in qua habeť dũtaxat illa clauſula generalis de caſibus ſedi apoſtolice in genere vel ſpecie reſeruatis ſine alia expreſſione abſoluũt a caſibus papalibus ideo per bullam iſtã quod raro viſum fuit in alijs confeſſores poſſunt abſoluere de dictis caſibus.

¶ Tercio a caſibus Sanctiſſimo domino noſtro reſeruatis qui dicuntur in ſtilo penitentiarie vrbis caſus de expreſſo que ſine expreſſo mandato pape nullus debet aut poteſt abſoluere a talibus caſibus etiam tempore Jubilei ſicuti ſunt preſbitericidiuꝫ patricidium. enormis leſio in clericum. inuadere Romipetas. impedire auctoritatem et iuriſdictionem ſummi pontificis. et in mortem eius conſpirare. homicidiuꝫ penſatum ſiue ex propoſito deliberato et ceteri caſus contenti in bulla que legitur in vrbe in die iouis Cene preſente ſummo pontifice et dominis Cardinalibus ꝑ quam bullam papa excommunicat omnes illos qui de huiuſmodi caſibus abſoluunt ſine expreſſo mandato domini pape. Jdeo notetur Textus bulle circa iſtam clauſulam que eſt ſingularis et inſolita dari.

¶ Ex quo ſequitur ergo ꝙ omnes confeſſores in abſoluendo non poſſunt errare cuꝫ detur omnibus confeſſoribus facultas abſoluendi a quibuſcunqꝫ criminibus neduꝫ ſedi apoſtolice in genere vel ſpecie ſed etiaꝫ ſanctiſſimo domino noſtro reſeruatis Jn

hibetur tamen ſimplicibus ſacerdotibus ſeu confeſſoribus ne ſe intromittere habeãt de votis de iuramentis et de huiuſmodi criminibus ſanctiſſimo domino noſtro reſeruatis. ſed habeant remittere ad doctos viros illis cõmittendo tales caſus vel illos conſulant antequam tales abſoluere habeant.

¶ Secunda facultas eſt conceſſa certis confeſſoribus ad hoc ſpecialiter per cõmiſſarios ſeu ſubcõmiſſarios deputatis ſeu auctoritate apoſtolica deputandis.

¶ Primo habent dicti confeſſores facultatẽ abolendi omnẽ inhabilitatis ⁊ infamie maculam ꝑiurio aut alio quocunqꝫ modo cõtractam. et tales ad priſtinos honores priuilegia ſtatus et dignitates. ac ſi dictam maculam minime contraxiſſent reſtituendi et reponendi ¶ Secundo iuramenta quecunqꝫ relaxandi.

¶ Tercio ieiunia cuncta ſi voto vel alias ad illa obligata exiſtant remittendi et dicta ieiunia ac alia vota quecunqꝫ demptis quatuor magnis votis quorũ cõmutacio reſeruatur cõmiſſarijs vel ab eiſdem ad hoc ſpecialiter deputatis in premiſſum ſubſidium fidei commutandi.

¶ Quarto datur illis facultas abſoluendi eccleſiaſticas perſonas ab omiſſione dicẽdi audiendi et recitandi horas canonicas.

¶ Quinto datur illis facultas diſpenſandi cum ꝑſonis que ius propter adulteriuꝫ cõmiſſum aut alias debitum cõiugale petendi amiſerunt vt illud repetere poſſint.

¶ Tercia facultas eſt magis ſpecialis que cõceditur cõmiſſarijs et ab eiſdem ſpecialiter deputatis. et ꝓ iſta facultate in qualibet eccleſia ſi Cõmiſſarius nõ ſit preſens ſolet deputari aliquis notabilis doctor ſi ſit p̄ſens aut paſtor vel locũ tenẽs aut aliquis alius qui vtatur dũtaxat dicte facultate que cõtinet quatuor puncta.

¶ Primum eſt facultas ſuper quacunqꝫ irregularitate quauis occaſione contracta etiam cum ſimoniace vel alias non rite et canonice promotis ſcienter aut ignoranter. etiam ſi mediatores forent. vt ad omnes etiam ſacros et preſbiteratus ordines promoueri et in illis etiam miniſtrare poſſint diſpenſandi. et illos habilitandi ad dignitates canonicatus et prebendas. ac quecunqꝫ alia beneficia eccleſiaſtica cuꝫ cura et ſine cura eis conferendi ſecularia vel regularia ſi alias illorum capaces forent vt ea recipere et obtinere valeant.

¶ Secundum punctum eſt facultas admittendi reſignationes beneficiorum obtentorum per ſimoniam.

¶ Terciũ punctũ eſt facultas cõferendi auctoritate apoſtolica dictis ſimoniacis dicta beneficia ſic per ſimoniaꝫ habita et obtenta prius tamẽ dimiſſis dictis beneficijs in manibus dictorum Cõmiſſarioꝝ ſeu cõfeſſorum ad hoc ſpecialiter deputatoruꝫ. ⁊ eoſdem ſimoniacos in dictis beneficijs vel officijs reſtituendi. et de fructibus male ꝑceptis necnõ ſuper omnibus bonis per vſurariam prauitatẽ rapinã aut ſpoliationeꝫ et male ablatis incertis vel etiam certis. ſi ſine magna difficultate ſciri nõ poſſit cui reſtitucio debeat fieri de iure. et que ad aliquorum manus ꝑuenerunt et illa habentes quibus debeant ignorent vel dubitant q̃q̃ꝫ ꝑ eos male ablata non exiſtunt. ac ſuꝑ debitis incertis ꝑſonis cõponendi et ſoluta aliqua quantitate dictorum bonorum pro hac fidei defenſione iuxta cõmiſſariorum ſeu ad hoc deputatorum ordinationeꝫ a reſtitutione dictorum bonorum abſoluendi.

¶ Quartum punctuꝫ eſt facultas commutandi quatuor magna vota excipi ſolita

que in practica et ſtilo Curie Romañ dicuntur vota excepta eo ꝙ ſub generali conceſſione nunꝗ͂ veniunt niſi papa poſt generalem conceſſionez cōmutandi vota dicat in Textu bulle Etiam excipi ſolita. de quibus quatuor magnis votis ſcilicet Jheroſolimitani. apoſtoloꝝ Petri et Pauli Jacobi de Cōpoſtella. et religionis qđ intelligit̃ ante ꝓfeſſionē Cōmiſſarius vel eius ſubcōmiſſarius poſſunt diſpenſare et cōmutare in premiſſum ſubſidium fidei et de illis componere.

Sequitur Textus bulle cōtinēs gratiā cōfeſſionalis cōmunē omnibus xp̄ifidelibus.

¶ Et inſuꝑ volumus vt omnes et ſinguli xp̄ifideles predicti etiā finito tempore indulgeñ huiuſmodi vita eis comite poſſint eligere cōfeſſorez ſecularez vel regularez qui eos ab omnibus ⁊ ſingulis eoꝝ exceſſibꝰ et delictis in reſeruatis ſemel in vita ⁊ ſemel in mortis articulo Et in nō reſeruatis tociens quotiēs opus fuerit abſoluere. ac pleniſſimā omniū peccatorū ſuorū de quibus corde cōtriti et ore confeſſi fuerint. etiā ſemel in vita. et ſemel in mortis articulo. ipſis in ſinceritate fidei vnitate ſancte. Romañ eccleſie. ac obediētia et deuotione noſtra et ſucceſſorū noſtrorū Romanorū pontificū canonice intranciū ꝑſiſtentibus indulgentiā et remiſſionē cōcedere valeat Et quia ſepenumero cōtingere poterit vt hij de quibus veriſimiliter dubitat̃ ꝙ ab hoc ſeculo decedere debeāt qui preſentiū vigore ſe abſolui fecerint ſub plenarie remiſſionis forma ea vice ab hac luce non decedant Et ideo a nōnullis reuocetur in dubium. an tales qui tunc nō deceſſerint fuerint pleniſſimā remiſſionē cōſecuti Nos hm̄oi dubiū amputare volētes declaramꝰ tales hm̄oi pleniſſimā remiſſionē fuiſſe cōſecutos. et in futurum totiēs quotiēs de eoꝝ morte dubitabit̃. et deinde in vero mortis articulo hāc noſtram indulgentiā quo ad pleniſſimā remiſſionem huiuſmodi ipſis ſuffragari.

¶ Secūda ergo gratia in predicto textu cōceſſa omnibus xp̄ifidelibus de bonis ſuis ad defenſionem fidei iuxta ordinationem commiſſarioꝝ ſeu ab eiſdē deputandorum porrigentibꝰ. eſt facultas cōfeſſionalis que preter cōfeſſionalia ſolita dari. continet vnū ſingulare videlicʒ preter facultatē obtinendi beneficiū abſolutionis totiēs quociens de caſibus reſeruatis dioceſanis ⁊ preter remiſſionez pleniſſimaz ſemel in vita et in mortis articulo. cōtinet pleniſſimā remiſſionē tociēs quotiēs hō veriſimiliter dubitat de morte ſua etiā ſi tūc nō moriat̃. vtputa homīes exiſtentes in ꝓcella maris aut in obſidione mulieres ꝓpe partuʒ vel in partu. homines moraʒ trahentes in loco in quo viget peſtis. et ſic de multis alijs Iſta eſt inaudita clauſula precipue pro tranſfretantibꝰ Iſta clauſula debet practicari erga illos qui dicunt ſe habere confeſſionalia.

¶ Per Textum ſequentem papa concedit indulgentiam mendicantibus et pauperibus modo in dicto Textu ſequenti contento.

¶ Ceterum inopie pauperū ac religioſoꝝ ordinū mendicantiū de obſeruātia et etiam qui ſine ſuorū licentia prelatoꝝ manus adiutrices porrigere nō poſſunt. paterno cōpacientes affectu / ne in preiudiciū animarū cedat tp̄alis pauꝑtas Motu proprio non ad alicuius nobis ſuꝑ hoc oblate peticionis inſtantiā ſed de noſtra mera liberalitate cōcedimus vt ſi qui xp̄ifideles pia deuotione ducti pauꝑtate tamen oppreſſi ac religioſi predicti dictas eccleſias viſitauerint ⁊ manus adiutrices ad opus huiuſmodi minime porrigere valeant dūmodo qui idonei et apti fuerint ad predicandum et

confeſſiones audiendum. ac indulgentiam gratias et facultates huiuſmodi publicādū in predicationibꝰ et cōfeſſionibus audiendis. ac publicatione indulgentie gratiarum ⁊ facultatū huiuſmodi laborēs aſſumāt. qui eis ꝑ Archidiaconū ac cōmiſſarios et ſubdelegandos predictos iniūgent̃. et ipſis etiā videbit̃ expedire Qui vero idonei non fuerint ad premiſſa ꝑagenda. ꝓ noſtro et vniuerſalis eccleſie ſtatu ac fidei catholice contra ipſos perfidos Thurcos tuitione ſcđm ordinationē ꝑ Archidiaconū ac cōmiſſarios ⁊ ſubdelegādos predictos faciēdā ad dn̄m preces effuderint Indulgentiā ⁊ facultatē eligendi cōfeſſorē huiuſmodi modo et forma premiſſis conſequi poſſint.

¶ Sequitur clauſula ꝑ quam. Sanctiſſimus dn̄s noſter concedit Indulgentiam pleniſſimā animabus in purgatorio exiſtentibus per modum ſuffragij Textus

¶ Et vt animarum ſalus eo promptius ꝓcuretur cum magis aliorū egeant ſuffragijs cum minus ſibi ipſis ꝓficere valeant auctoritate et de apoſtolici poteſtatis plenitudine ſimilibus de theſauro eccleſie animabus in purgatorio exiſtentibus ſuccurrere volentes que ꝑ caritatē ab hac luce xp̄o vnite deceſſerunt. et que dū viuerent ſibi vt huiuſmodi indulgētia ſuffragaret̃ meruerūt paterno cōpacientes affectu ꝯcedimꝰ pariter et indulgemus, vt ſi qui parentes amici aut ceteri xp̄ifideles pietati cōmoti ꝓ ipſis animabus purgatorio igni ꝓ expiatione penarū eiſdem ſcđm diuinā iuſticiā debitarū expoſitis. durante dicto tempore indulgentie ad opus huiuſmodi certā pecuniarū quotam aut valorē iuxta Archidiaconi aut cōmiſſariorū ⁊ ſubdelegandoꝝ predictoꝝ ordinationē dictas eccleſias viſitādo dederint ac ꝑ nuncios ab eiſdē deputandis dicto tempore durante miſerint volumus ipſam pleniſſimaz remiſſionez per modum ſuffragij ipſis animabus purgatorij ꝓ quibus dictam pecunie quotam aut valorem perſoluerint vt prefertur pro remiſſione pleniſſima valere et ſuffragari.

¶ Tercia gracia precipua et ꝑ Sanctiſſimum dominū noſtruʒ conceſſa eſt remiſſio pleniſſima et gratia Jubilei animabus in purgatorio exiſtentibus. que gratia licet multos homines ducat in āmirationē. ex eo precipue ꝙ a multis temporibus nō legitur conceſſa fuiſſe. tamen ſi videant̃ theologie doctores. vtputa ſanctus Thomas in quarto in materia indulgentiaruʒ et ſuffragioꝝ. xx. et. xlv. di Irrefragabilis doctor Alexander de halis Sanctus bonauentura ad longum ꝑtractando Franciſcus de maronis Durandus de ſancto porciano in ſuis duobus operibus Egidius de roma Thomas de Argentina Richardꝰ de media villa De tharentaſia. De Turrecremata ordinis predicatoꝝ Cardinalis duʒ viueret ſancti Sixti defunctus ſuperioribus annis Auguſtinus de Ancho. in tractatu quē fecit de poteſtate ſummi pontificis. Et videant̃ pariter omnes theologie doctores qui de materia indulgentiaꝝ loquunt̃ omnes conueniunt ꝙ ſummus pontifex ⁊ ſolus papa poteſt dare pleniſſimam indulgētiam animabus in purgatorio exiſtentibus Videantur pariter ſumme compoſite ꝑ dominos Juriſtas. vtputa Sūma Anthonini. ſumma Aſtantij Videātur pariter Innocentius et Panormitanus in Rubrica ſeu titulo de penitentijs et remiſſionibus Tales qui ducunt̃ in āmirationē et dubium ſi videre dignent̃ dictos doctores et alios ꝗ̄plures. ſi aliter non velint credere auctoritati eccleſie de qua Auguſtinus dicit Euangelio non crederem niſi eccleſie crederē vtiꝗ non mirarent̃. ſaltem deberent credere ſecundum ꝙ cōtinetur in bulla Quod papa poteſt dare remiſſionem pleniſſimam animabus in purgatorio per modū ſuffragij. qui quidem modus ſuffragij nō

derogat modo auctoritatis. Et dicere papam hoc poſſe facere ꝑ modū auctoritatis.
vt dicit Bonauentura. non eſt multum improbe reſiſtendū. immo debem⁹ agere gra
tiā deo qui talē poteſtatē dedit ſummo pōtifici qualis poteſt dari homini puro. ſed
ꝙ dicit ꝑ modū ſuffragij non eſt intelligendum ſicuti multi ſimplices voluerūt dice=
re ſcȝ ꝑ modū ſuffragij ac ſi fierēt preces vel darenꞇ elemoſine ꝓ aīabus prefatis quam
opinionem fere. dn̄s Sixtus papa quart⁹ ꝑ vnā bullā ꝓ eadē materia dānauit. cum
ſuffragia eccleſie per modū ſuffragij videantur differre. ſicuti finitū ab infinito. Et
quantū ad efficaciā ſatiſſactionis qꝛ ſuffragia ſunt finita in ſatiſſactiōe. ⁊ indulgen̄
ratione meriti paſſionis xp̄i in quo fundātur ſunt infinite quo ad ſatiſfactionē ſi pe
ne eſſent infinite in purgatorio ꝑ impoſſibile de lege poſita. ſed debȝ intelligi ꝑ modū
ſuffragij hoc eſt quia indulgen̄ dantur ſemꝑ pro pia cauſa. vtputa cōiter ꝓ tuitione
fidei vel pro reꝑatione eccleſiaꝝ. precipue inſigniū. et qꝛ anime in purgatorio nō poſ=
ſunt aliquid contribuere ideo indigent auxilio amici qui faciat illud ꝓ quo indulgē=
tia data eſt. utputa dare quotā ordinatā ſeu ordinandā ꝑ cōmiſſarios et hoc eſt per
modum ſuffragij. Sicuti ſi ſummus pontifex daret indulgentiā etiā pauperib⁹ vi=
uentibus non potentibus cōtribuere ſub hac forma. vtputa ſi aliquis illoꝝ parentuȝ
aut amicorū daret illud quod ſtatueretur in bulla ſic daret indulgentiam etiaȝ viuis
pauperibus. etiā ꝑ modum ſuffragij. Jdeo valde decipiūtur aliqui credentes ꝙ per
modum ſuffragij aliquid diminuat de indulgentia pleniſſima cū nihil diminuat. ß
dumtaxat arguit impoſſibilitatem ex ꝑte animaꝝ in purgatorio ad faciendū conten=
ta in bullis. Et ab illis qui ſic ducunꞇ in āmirationē querendum eſt qua ratione per
eccleſie ſuffragia et qualiter vnuſquiſqȝ xp̄ianus qui non eſt diſtributor theſauri eccle
ſie vniuerſalis neqȝ eſt vicarius xp̄i poteſt prodeſſe animabus in purgatorio exiſtenti
bus. vt in. c. Anime defunctorum. xxiij. queſtione. iiij. et. c. ꝙ autem. de pe. ⁊ re.
in antiquis. et hoc ratione meriti paſſionis chriſti in quo valor et efficatia omnium
ſuffragiorum eccleſie fundatur ⁊ multomagis vicarius chriſti. qui eſt generalis diſtri
butor huiuſmodi theſauri. ſentire oppoſitum videtur ſapere hereſim.

¶ Jtem cum ſummus pontifex in articulo mortis poſſit remittere penas debitas in
purgatorio videtur ꝙ pena purgatorij ſit de foro ſuo. et ſic per modum auctoritatis
videtur hoc facere. cum etiam purgatorium non ſit niſi carcer eccleſie.

¶ Jtem vnuſquiſqȝ reus ſortitur forum ratione delicti ad quēcunqȝ locum ſe tranſ=
ferat: etiam extra territorium in quo fecit delictū ſemꝑ remanet ſub iuriſdictione dn̄i
ſub quo fecit delictum. ad quem dn̄m ſpectat eum remittere vel punire. videtur ergo
ꝙ quia anime fecere delictum in hoc mundo ſub iuriſdictione ſummi pōtificis dum
viuerent ꝙ ratione pene ſequentis tale delictū fuit ſub iuriſdictione ſummi pontifi=
cis. Sunt alie infinite rationes que poſſunt adduci contra tales ſine cauſa admirā=
tes. ſed quia iſte ſunt clariores contra rudes volui inſerere pro ſimplicibus cum ſup=
portatione magiſtroꝝ noſtroꝝ ad quos ſpectat rationes demonſtratiuas et non dya
leticas determinare. ¶ Sed tu poſſes dicere ꝙ non ſunt de foro pape quia xp̄us non
dedit poteſtatem Petro et ſuis ſucceſſoribus ligandi et ſoluendi niſi illos qui ſunt ſu
pra terram. quod patet ꝑ illud qđ dicitꝛ Mathei. xxvi. Quodcūqȝ ligaueris ſuꝑ ter=
ram ⁊c. Diciꞇ ꝙ licȝ exiſtētes in purgatorio nō ſint ſuꝑ terrā ꝓ nūc tamē cū meruerūt
vt poſſȝ ſibi ꝓdeſſe cōicatio theſauri eccleſie erāt ſuꝑ terrā. et ideo licet ſimpliciter nō
ſint ſuꝑ terrā tamē rōne meriti quo meruerūt vt poſt mortem ꝑ indulgentias iuuari

poſſent. Sūt etiā quodāmodo ſuꝑ terram vt dicit de turrecremata. qꝛ ſicut hij qui
ſunt ſuꝑ terram ſunt in via ⁊ in termīo. ita ⁊ exiſtētes in purgatorio ſunt in via et in
tranſitu ad patriā quātum ad emūdationē ſue pene. qꝛ licet ſint in termino quantū
ad cōfirmationē. qꝛ amplius peccare non poſſunt mūdantur. Vel dicendum ꝙ illud
quodcūqȝ ſolueris ſuꝑ terrā ⁊c. intelligitꝛ qđcūqȝ ſolueris ſuꝑ terrā ꝑ modū auctorita=
tis ß nō ꝑ modū ſuffragij. Vn̄ nota ꝙ iſta ꝓpoſitio Qđcūqȝ ſolueris ſuper terrā habȝ
duplicē ſenſū ſcđm ꝙ illa additio ſuꝑ terrā poteſt determīare illđ ꝓnomē tu vel ly qđ
cūqȝ. Si determinet ꝓnomen tu tūc eſt ſēſus. Quodcūqȝ tu Petre exiſtēs ſuꝑ terrā ſol=
ueris illđ reputabo ſolutū ⁊ in celis. et ſic vera eſt propoſitio ꝙ papa ſoluit aīas a pur
gatorio ip̄o exiſtente vicario xp̄i ſuꝑ terraȝ. ſic etiā ſolueret viuos. Si ly ſuꝑ terrā de
termīet ly qđcūqȝ tunc eſt ſenſus. qđcūqȝ ſolubile exiſtēs ſuꝑ terrā tu ſolueris illud eſt
ſolutū in celis. Et ſimiliter eſt vera ꝓpoſitio ꝙ papa ſoluit aīas a purgatorio exiſten
tes ſuꝑ terrā q̊ ad meritū ⁊ quo ad ſuffragia. Nā ſuꝑ terrā eſſe dicūꞇ quo ad ſuffragia
eccleſie ⁊ de eis cōicari pn̄t ſicut viuis. Etiā ſunt ſuꝑ terrā quo ad hoc. qꝛ meruerunt
qn̄ deceſſerūt in caritate vt illis indulgen̄ ⁊ cetera ſuffragia applicari poſſent. Jtē di=
cunꞇ eſſe ſuꝑ terram ⁊ ſunt realiter quia ſunt de eccleſia militāte ⁊ non triumphante.

¶ Jtem purgatoriū eſt in terra et etiā multi doctores tenent ꝙ aīe in purgatorio ex
iſtentes dicuntur facere penā vbi cōmiſere delictū. Et hoc videmus aliquotiēs quo
modo ſpiritus ſiue anime apparuerunt ſuis amicis implorantes ſuffragia eccleſie Si
dicatur ꝙ papa nō poteſt illos ligare ergo neqȝ ſoluere. Reſpondetur dupliciter. Pri
mo ꝙ non ſequitur quia ipſi dum viuerent non meruerūt vt ligarentur ſiue vt ligari
poſſent poſt mortem. ſed bene meruerunt dum viuerēt vt iuuari et ſolui poſſent poſt
mortem. Vel dicitur ꝙ tunc non eſt tempus ligandi ſed bene ſoluendi. Sed ſi dica=
tur ipſi non ſunt de foro pape. Reſpondet Bonauentura ꝙ licet quantū ad ſtatum
preſentem non ſint de foro eccleſie. tamen bene ratione meriti quo meruerunt iuuari
poſſent. Vel dicitur ꝙ licet non ſint de foro iuſticie ipſius pape et eccleſie ſunt tamē
de foro miſericordie. Vel dicitur ſcđm Alexandrum de halis ꝙ immo ſunt de foro ip=
ſius eccleſie militantis quantum ad ſolutionem ſue pene licet non quantum ad alia.
Datur tale exemplum. Epiſcopus Magūtinus excōmunicauit de ſua dioceſi prop=
ter aliquod forefactum. iſte ſic excommunicatus ſe tranſfert ad dioceſim Colonien̄
aut ad aliam dioceſim. Jſte licet non amplius ſit de iuriſdictione Epiſcopi Magū
tinen̄ quantum ad omnia. eſt tamen de iuriſdictione ſua et de ſuo foro quantum ad
